



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Acta Pacis Westphalicæ Publica**

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

worinnen enthalten, was vom Monath October Anno 1645. biß in den Monath Martium Ann. 1646. zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt ...

**Meiern, Johann Gottfried von**

**Hannover, 1734**

**VD18 90103106**

§.XVIII. Kayserlichen wollen Elsaß nicht cediren: Chur-Bayersche dagegen movirte Rationes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51672](#)

1646. setzt; als aber König LUDEWIG XI.  
Januar, in Frankreich, die Vermehrung der Macht  
dieses Herzogs zu Burgund nicht gerne  
gesehen, habe er den Schweizerischen  
Endgenossen angerathen, sich mit Oester-  
reich zu vergleichen, und die Unter-Oester-  
reichischen Lande dem Herzog Sigmund  
wieder einräumen zu helfen, massen es  
den Schweizern selbst nicht fürträglich seyn,  
einen so mächtigen Nachbarn, wie der Her-  
zog von Burgund wäre, zu haben: Sol-  
chemnach würde es sich übel schicken, daß  
dasjenige Land, welches LUDOVICUS  
XI. Rex Galliae, dem Hause Oesterreich

ehedem habe wiedergeben helfen, jezo von  
den Erben LUDOVICI XIII. (qui di-  
cebatur Justus) demselben, sine ullo  
justitiae titulo, entzogen und vorenthal-  
ten werden sollte: dieses würde gewißlich  
derrone Frankreich mehr Unehr, als  
Ehre; mehr Unsicherheit, als Sicherheit  
gebähren. Der Duc de LONGUEVILLE  
sagte darauf: es möchten denn die Kays-  
erlichen, den Franzosen das Herzogthum  
Mayland verschaffen; so sollte es mit El-  
säß keine Noth haben. Welches aber  
Vorlmar, daß es damit auf Spanien an-  
käme, declinirte, und somit von ihm schiede.

### §. XVIII.

Die Kaiserlichen wollen den Franzosen Elsäß nicht cediren.

An dieser von den Franzosen geforder-  
ten Satisfaction, da dieselbe das Elsaß  
den Franzosen und so viele andere Provinzen und Städ-  
te verlangten, und welche den Kaiserlichen  
Gesandten dergestalt ungeheuer und  
gräßlich vorkam, daß sie zu verstehen ga-  
ben, woferne darunter von Französischer

seite nicht nachgegeben, und die Willigkeit  
beobachtet würde, ehender alle extrema  
tentirt werden sollten, nahm auch Chur-  
Bayern Antheil, vornehmlich was die Ab-  
tretung des Elsaß betrifft, und kamen des-  
wegen folgende Rationes, zum Vorschein:

Rationes, cur Domui Bavariae non consultum sit, ut Alsatia & Brisacum  
Gallis cedar,

i) Primo ipsa rei nemini non evidens iniquitas reclamat, cum innoxiiis  
pupillis eripiatur patrimonium suum eo fine, ut Dominus Bavaria bello par-  
ta retineat, ut dum haec de lucro certa esse vult, illinc de damno vitando  
certetur. Inspiciatur belli Germanici origo a familia Wittelsbachia non  
Habsburgica moti, & a Protestantibus, qui Gravamina sua, in quibus spe-  
ciatim Domui Bavariae Donawerdensem Executionem & Colonensem Suc-  
cessionem impingebant, non nisi armis expediri volebant, promoti. Fue-  
rit sane primus quidem ejus belli finis, Dominus Austriacus, secundarius Ba-  
varicus, post, omnium Catholicorum oppressio, id quod ipse Dux Bavariae  
literis suis, nunc typo vulgatis, testatur, illiusque adeo provisu periculi  
jamduum ille antea Ligae se Catholicae autorem, post Ducem præbuit.  
Brevi inde bellum ipsum erupit, in quo Bavarus ita se gessit, ut Foederis  
Catholicorum copias contra Unionistas diceret, deinde Pacificatione Ulmensi  
cum iisdem deciderit, expresso pacto, ne Palatinum extra Bohemia fines  
offenderet. Juvit itaque Cæsarem, sed non nisi amplissimis promissis, &  
nominatum pollicita Electoralis Dignitatis & Palatini Patrimonialium Re-  
gionum mercede conductus, quod, an ei per Pacificationis Ulmensis leges  
liceret, Protestantes negant, cum sine hujusmodi auctoramento, & jurata  
Cæsari subjectionis religione, & legibus Imperii, quibus quilibet Status al-  
ter alteri injuste offendit, suppetias ire tenetur; denique ipsa necessitate su-  
dante, cum non nisi salvo Cæsare, salvus esse posset, Cæsari opitulari de-  
buisset. Victoria Pragensis Jus belli afferuit, & Palatino ex Bohemia pro-  
fugo omnia in eum statum redibant, quo erant ante belli initia, & poten-  
tiant honesta Pace controversiae finiri cum Protestantibus, nisi, belli sumptus  
reflagitante Bavarico, Cæsar ei coactus esset, Superiorum Palatinatum in vadend-  
um relinquere, mox ipsam Electoralem Dignitatem in eundem transferre.

Hæc illa fuit omnium subsequentium inde bellorum alea, & hujus  
excidii, in quod præcipites vivimus, causa præcipua; cum Protestantes,  
Zweyter Theil.

Ee

quam-

1646. quamvis perpetuis cladibus domiti, Domum tamen Palatinam extorrem  
Imperio pati non possent, ejusque restituenda gratia externa arma invehe-  
rent. Nam bellum Danicum hinc ortum esse negat nemo; Suecici autem  
Januar.

1646. belli causa posset aliqua ex parte in Edicti Ecclesiastici publicationem rejici,  
sed ubi vera & genuina belli Germanici causa haeredit, docuit Conventus  
Ratisbonensis Anno 1630. peractus, cum res ibi locorum essent, ut Cæsar  
cum Protestantibus honestissimam Pacem inire posset, aut si suis consiliis  
fine interpellatione uti potuisset, facile ei fuisset, Statuum dicto audientium  
quietem vietricibus armis protegere, sed Paci cum Protestantibus interces-  
sit Bavarus, nolens Palatinatu cedere, nisi sibi aliunde a Cæsare, cui interea  
persuaderat, ut se tredecim Millionum debitorum constitueret, & nomina-  
tum concessa Superiori Austria, satisficeret. Utque ejus rei sibi patronum  
aliquem pararet & vindicem, occulta cum Gallo ferere consilia, & clan-  
dostinis se Fœderibus illigare cepit, Gallicaque gratiae colligendæ studio,  
Mantuanum bellum coegerit, Cæsarem victorem æquis cum victo conditio-  
nibus componere. Mox WALLENSTEINUM, cuius fortunæ & rerum ge-  
starum ad eum diem neminem pœnitiebat, exauctiorare, & Fœderis Catho-  
lici, quod jamdudum abolita Protestantium Unione, & ipsum aboleri æquum  
erat, idque ut fieret, Protestantes magnopere contendebant, perpetuatio  
nem admittere.

Prorogati ergo belli Germanici fatum, ut & excitati, non penes  
Habsburgicam sed Wittelsbachicam Domum queras licet. Dum enim  
Ratisbonæ, hæc Cæsari extorquentur, Gallis interea metu armorum  
a Cæsare solutis expertisque, omnia a Cæsare, suffragante Bavarico, impe-  
trari posse, vacuum liberumque fuit, Suecum in Germania nil tum nisi re-  
rum mutationem spirantis vicera armatum inducere, novumque ad veter-  
res, & gravissimum Imperio hostem excitare. At Bavarus harum rerum  
aut inscius aut incuriosus eo solo triumphare, quod summa rei militaris ad  
Tillium Clientem suum rediisset, Gallorum fraudem nescire, Suecorum vires  
contemnere, & interemptivæ parcimoniam studio lectissimum Fœderis Catho-  
lici & victorem militem non persoluto stipendio dimittere, qui uno inde  
agmine ad Suecum concessit, gratulante illo sibi, quod Bavari hostis sui  
beneficio, jam is esset, ut nulla aperti prælia alea detraetanda ipsi foret.  
Atque hæc eo tempore agebantur, cum quicquid est in Germania Prote-  
stantium, Lipsiæ convenisset, ibique adventantis Sueci fiducia id agitare-  
tur, ut quam iniquissimæ Cæsari & Catholicis Pacis conditions extorque-  
rentur, a quibus si quis credebat Electoralem dignitatem exceptum, ac  
præterito Palatino Bavarico perpetuum iri, nimis is simplici oportet fuerit  
ingenii. Ecce autem insperata Lipsiensi clade fortuna Catholicorum uno  
omnis impetu concidit, Bavariisque mens, qua ante cladem erat confiden-  
tissima, post eandem facta est abjectissima, ut nil jam nisi de Bavaria con-  
servanda cogitaret.

Itaque licet Tillius collectis cæsi exercitus reliquiis, & adjuncto Lotha-  
ringio, copiisque Cæsaris ex Italia adventantibus, ita vires suas refecisset,  
ut Sueco victori par esset, & prope Wurtzburgum egregiam habuissest oc-  
casione paris ei referendæ cladis, quod Rex ipse fassus est, nunquam se  
in majori discrimine fuisse, quam cum, cum ipse exiguis copiis instructissimo  
hosti tam prope confedisset, coegerit tamen Tillium Bavarus, omessa  
omni alia cura, omisso Lotharingo, quem interea Galli provincia sua omni  
exuerant, citatum agmen ad Bavariæ fines convertere, qua in profectione  
fugæ simili, testatissima res est, exercitui illi, à quo plenis turmis se mili-  
tes subducebant, & maximam partem ad hostem transibant, plus virium  
decessisse, quam si duplicatam justo prælio cladem accepisset. Culpam si  
ullam hic agnoscit Bavarus, & illa in fortunæ eventum rejicienda est, quo  
colore excusatatur, quod mox inscio Cæsare, insciis Catholicis Fœderis so-  
cis,

1646. ciis, tum cum maxime cum illo Ingolstadii, cum ipsis Mindelhemii de  
Januar. bello communi consilio gerendo consultaret, Gallis suasoribus Neutralita-

tem illam, quam ut cæterarum actionum suarum vomicam ipse Dux ex-  
erari etiamnum dicitur, ambiit, nulla communis Patriæ, nulla Imperii,  
sed sola Sui solius conservandi cura? Sed castigavit scilicet fortuna ipsa im-  
prudentiam consilii, & Suecus Bavariae illatus coëgit, penatibus propriis  
profugum ad sacram anchoram, ad Cæsarem & WALLENSTEINUM, profuge-  
re, à quo sublevatus, non nihil tamen & denuo dejectus, cum Ratisbona  
eorum culpa, qui ut sumptibus parcerent, loci præsidium imminuerant,  
amitteretur, brevi tamen opitulante toto Cæsareo exercitu, urbis illius Vi-  
ctor res suas adeo stabilire rursus potuit, ut extinto WALLENSTEINIO mi-  
litaris Imperii pars maxima ad eum rediret, & separatum jam habere inci-  
peret exercitum, Bavariarum Imperii copiarum nomine insignem, quo  
ille nunc instructus suo arbitratu hinc fert leges, inde derogat, & de alie-  
nis paciscitur. Nordlingensi Victoria res Imperii reviviscere poterant, si pa-  
ri ac Suecus ardore usi fuissimus eventu rerum; Sed Bavarius miles nondum  
maturo hybernorum tempore, hyberna pètere occupans destituit in cursu  
rerum Cæsareum militem, unaque optimas rerum gerendarum occasiones.

1646.  
Januar.

Insecuta est Pax Pragensis, in qua quanto studio Cæsar egerit, ut salva  
Bavaro Electoralis dignitas & res partæ essent, ne ille quidem ipsemet ne-  
gabat, tanti tamen apud eum non fuit, ut postea eligendo Imperii successori  
gratuitum suffragium inoratus, sed inauratus prætaret. Decessit FER-  
DINANDUS II. relictis florentissimis copiis, quibus cum milite Bavario-  
junctis, GALLASSIUS BANERIUM ad Maris Balthici oras rededit, spesque erat  
ibi locorum bellum constitutum, sed questus GALLASSIUS, copiis Bavariis  
ad coërcendos Hassos revocatis, optima exercitus parte se nudatum destitui.  
Eodem anno cum VERTENSIS alteri copiarum Bavariarum parti Præfectus  
Vinmariensem Rhenum transgressum feliciter rejecisset, mirari subit, cur  
non Rheno & ipse superato hyberna æque trans fluvium ac cis illum quæ-  
sierit, auctusque est is' animorum habitus subsequentium annorum successu.  
Nam ut in medio relinquatur, Brisacum ne servari potuerit, si serio eam  
in rem allaboratum fuisset, extinto improvisa morte VINMARIO, quin Ba-  
vari si confessim Rhenum transjecissent, magnarum rerum occasionem in  
manibus habuissent, pauci admodum sunt, qui dubitent; sed cur nec illo  
nec sequentibus annis Bavari unquam sibi quicquam trans Rhenum negotiū  
esse voluerint, id vero multum & sinistri rumoris & suspicacis silentii præ-  
buit, cumque nunc tantopere persuasum esse cupiunt „Pacem à Gallis, non  
„nisi Alsacia & Brisaco concessio, haberi posse, ambigere subit, annon ab il-  
„lis, qui aliena jactura, licet in eadem navi sint, sua conservari satagunt,  
„ultra Gallis hæ conditions sint oblatæ.

2) Certum est, Gallos non sinceræ cum Domo Bavario amicitiae jus  
quærere, sed id duntaxat, ut ea lactata, & ad suas rationes tantisper, tum  
Domum Austriacam evertant, adjuncta, mox cum ejus voti compotes erunt,  
illam quoque subruant, solumque id ei beneficium prætent, quod Polyphe-  
mus Ulyssi promisit, ut eam omnium extremam devorent. In finu  
lætantur Galli cum tot ad eos literæ, tot legationes, nuper ipse Bavariae  
conscientiae Ephorus commeavit, cum Osnabrugensem alia ex parte audiunt,  
Tullensem & Verdunensem Episcopatus somniantem: Rident eum, qui si-  
ne suffragio populi ædilitatem populi gerit, & inconsultis trium Circulorum  
Franconici, Bavarii & Suevici Statibus, eosdem Gallicæ protectioni aut  
Neutralitati proflituit, in quam ut Catholicæ consentiant, id tamen nun-  
quam facturi sunt Protestantes. Urbes præfertim liberae gaudent sibi ultro  
in manus dari facultatem ulciscendi eas, quas interdum, cum ex intervallo  
resipuerunt, Bavari eis clades intulerunt, præcipue cum tam candide,  
Zweyter Theil.

1646. quæ sua in Bavaram mens sit, cum saepe alias, tum nuper sine ambage 1646.  
Januar. P. Veriacco demonstrarunt, nullam scilicet aliam à Bavaro Pacificationem Januar.

admissuros, nisi præcipuis Bavariae arcibus sibi traditis, & uno filiorum dato obside. Quam mentem reliquis curis defuncti, domoque Auftriaca in ordinem redacta, quin contra familiam Bavariam Amphiorao etiamnum vivo, vel mox sub terras condito, ne ipsi sunt demonstraturi, dubitet ille licer, qui adeo studio Pacis indormiscit, ut ne Galli quidem cantum exaudiat. Omnes Germaniae Principes pares esse Galliae, nolunt Galli, aut si quid infra pares est. Consulatur Domus Lotharingica affinitate juncta, quam ut jam longo annorum nexus æque ut olim Burgundicam Britanicamque familiam opprimere conantur, ita fine dubio voti damnabuntur, si possessa alterius secus Alsatia hinc à Germania illinc à Gallia premere poterunt, melioremque ne conditionem, quam Lotharingus à Gallis expectare debent Bavari, tempus, quod quidem solum nunc captari videtur, docebit. Confestim atque confecta Pace Bavaria inermis erit, dispicent Galli, quem suarum virium terminum esse velint, nec unquam ipsis, justus color deerit, Fœderis à Bavaris vel repetendi, vel suo arbitratu interpretandi, atque adeo immutandi.

3) Protestantes in Germania & vindices eorum Sueci, quem habitum animorum præstabunt, si revulsæ à corpore Imperii, cum integro non decurato inhiant, Alsatia Bavarus ipsis sufferendus sit, aut Palatinatus, aut Austriae Superioris Dominus, & Gallica insuper clientela timendus? Aut enim statim se in limine opponent, Paceque à Gallo empta neutiquam illum frui finent, aut tantisper dissimulabunt, dum eadem Domus Bavariæ, quæ Austriae fuerunt, fata appetant.

4) Quod si naturæ concedere contingat Serenissimum Bavariae Electorem, ætate qua est profectissima, Bavariaque vel inermis erit, vel destituta ejus regimine, qui tanta cum prudentia ha&tenuis ei armis tutandæ moderatus est? Conquerentur hic pupilli Tyrolenses, pennis suis deplumari, & vel restitui sua vel resarciri, sibi æquum putabunt; fortassis erit aliqua & de tutela contentio, fratrisque filios ejus, in qua sunt fortunæ pœnitere incipiet. Reputandarum judicium Bavaris Commissarii intentabunt Suevici, Bavarici & Francionici Circuli Status, erogatarumque Contributionem rationes exigent. Tum vero quid agent Galli, si ut mollissime res gerantur, ad eos ibitur, ut arbitrium & autoritatem controversias interponant. Dijudicabunt scilicet litem eo eventu, ut Viæti Victores simul pereant.

5) At enim providebunt Bavarri, ut semper armati instructique sint, & vi propulsandæ, & fraudi evitandæ, injuriæque prohibendæ. Sed suisne id propriis opibus obtinebunt, an vicinorum, ut adhuc temporis, expensis? Atqui præ se ferunt Bavarri, ad Pacem cum Gallo componendam urgeri se maxime subditorum suorum querelis, tot tantorumque tributorum militarium oneri pares se esse ferendo negant, hi sane perpetuo militi alendo multo minus assentient. Si onus hoc in Suevos & Francos solos inclinare volent, at neque illi bello sumpio belli mala volentes perferent, & si aliter se explicare non possint, Bavaricæ securitati Gallicam servitutem præferent, malentque jam dudum potentiori, quam nuper sibi pari subesse.

6) Cum superioribus annis Palatinus Bohemiæ Regnum invasisset, rogatus sacer ejus Rex Angliæ, ut in possessione adventiti Regni generum defenderet, negavit eum à se morem introduci debere, ut aliena Regna invadentibus auxilio sit, nam idem exemplum posse & in suos recidere. Si Gallo addicti Pacem redimant, videant, ne quod Juris nunc in alium statuunt, procedente tempore eodem & ipsis utendum sit. Dicent Bavarri, cum tot undi-

**1646.** undique hostibus, & ipso Turca ingruente, nec Domui Austriae nec Bavariae medium ullum Belli sustinendi superfit, sed extrema necessitas urgeat, Januar. Pacis quocunque pacto acceptandae; Galli vero eam nisi concessa Alsacia facere nullo modo velint; fieri aliter non posse, quin in eam cessionem consentiendum sit. Respondeatur, si humano calculo res exigantur, verum id quidem esse, sed si aequitas, si iustitia consulatur, & res Deo non hominibus permittatur, supereflua viam ex hujusmodi angustiis emergendi; Sed ante omnia necesse est, ut Bavari conscientiam propriam hoc pacculo absolvant, & quod sibi fieri nolint, idem innocentissimis pupillis ut fiat non procurent. Cum Domino placuerint viae hominis, inimicos quoque ejus convertet ad Pacem, ajunt sacra litera. Si Bavarus abdicato propria utilitatis respectu, in Commune Patriae bonum, sensus suos intenderet, & si Pax jactura aliqua omnium redimenda sit, in eandem jacturam & ipse aliiquid de suo concedere velit, ut scilicet damni lucisque partes dividantur, nemo dubitat, quin Deus aut faciliores ad aequam Pacem Gallos sit facturus, aut pertinaciam eorum condignis poenis castigaturus.

### §. XIX.

Vorstellung  
der von den  
Türcken zu  
befürchtenden  
Gefahr.

Um die Milderung der überaus harten gendes Schreiben nach Münster abgehen, Postulaturum in puncto Satisfactio- worin die von den Türcken der Chri-  
ni zu erlangen; ließ der Kaiserliche Ge- stenheit angedrohte Gefahr nachdrück-  
sandte, Graf von Trautmandorff, fol- lich repräsentiret worden.

Diccat. 31. Januar. 1646.  
a Direct. Mogunt.

Des Grafen Trautmandorff wegen der Türkengefahr an die Kaiserliche Plenipotentiarios zu Münster, abgelassenes Schreiben.

Hoch- und Wohl-gebohrner Graf, Hoch- und Wohl-Edler Gestrenger &c.  
Ew. Excellenz und den Herren wird ohngezwungen bekannt seyn, und haben dieselbe aus hier begefügtem Extract mit mehrern zu vernehmen, was vor grosse Præparatoria der Erb-Feind Christlichen Nahmens, der Turk, zu künftigem Feldzug wider die Christenheit mache, also er dieselbe auf jetzt instehenden Frühling mit 3. Armaßen, zweyen zu Lande und einer zu Wasser, anzugreissen entschlossen ist, welcher Macht, wie Ihro Kaiserliche Majestät bey so bewandten Sachen, da eines theils Dero Waffen wider die Reichs-Feinde gebraucht werden müssen, andern theils aber die beyden Kronen, durch Ihre unerhörte unbillige Postulata, Ihro die Mittel zur Resistenz benehmen, mit Gewalt nicht widerstehen können, und endlich, wann man nicht alsobald zum Frieden thut, der Erb-Feind den Pas, leichtlich selbst wird nehmen können: Also ersuche ich meine Herren hiermit ganz dienst- und freundlich, sie wollen sich zu den Herren Mediatoribus verfügen, und denenselben von uns aller wegen vor- und anbringen; Wir zweifelten nicht, sie würden allbereit auch ihres Orts die verläßliche und leider mehr dann gar zu gewisse Nachricht haben, wie stark sich der Turk wider die Christenheit zu Wasser und Land ausrüste, und dieselbe mit 3. unterschiedlichen Armaßen anzugreissen bedacht sey, was nun Ihre Kaiserliche Majestät bey dieser jetzt-instehenden äußersten Gefahr, vorerwehnter Beschaffenheit nach, zu thun, und ob sie diesem mächtigen Feind den Pas mit Gewalt werden vertheidigen können, das würden sie, Herren Mediatores, hoch-vermünftig und leicht zu erachten haben; wir hätten ihnen zu dem Ende auch unsers theils zu Gemüthe führen, und sie, Herren Mediatores, ersuchen wollen, weiln zu Abwendung dieses androhenden Unheils, kein ander Mittel, als daß man ohne einige Zeit Verlierung des Frieden schließe, und diesen Blut-dürstigen Erb-Feind die allerseits auf den Beinen habende Christliche Waffen entgegen setze, daß sie sich zu den Französischen Herren Plenipotentiarius unverlängert erheben, denselben diese Gefahr, und daß solche zu remediren kein Auf-

Ee 3 schub